nisi a tali gdu sbali fluat mediate uel imediate: et
pnter nisi in tali gradu subiectiue sustētē imedia
te uel mediate. v. g. lumē fm suā actualitatē et sbaz
lz sit ab extriseco: et sit accēs sepabile: tñ fm suā in
cohationē seu radicalē aptitudinē: puta dyapha
neitatē est inseparabile: et fluit a certo gdu sbali cōi
superiorib^o et inferiorib^o. Et silt sedere lz sit accēs per
accēs: tñ fm suā aptitudinē est pprū: et nō natuz
puenire nisi certo enti: puta aiali tali et c. fluit enīz
aptitudo ad sedēdū ex suis pncipjs. Silt et vide
re lz sit accēs sepabile: radicalis tñ aptitudo ad vi
dēdū separi a tali aiali nō pōt. Et his p3 quō ad
utrāqz pte rōnes adducte uerū pcludūt diuismo
de. Nā loquēdo de accētibus fm suas eēntias et
actualitates: p rōnū p adductarū cōcedit accipie
do subctū in rōne sustētātis et pncipj. In rōne
at potētiē falsa est p (ut dictuz est). Nec pbatio p
hūc applicata sensū ualet: eo q cū dī q pprū pue
nit soli oī et semp: itelligit de ipso pprō nō fm suā
actualitatē: s. fm aptitudinē. Et silt cū dī q ad
corruptionē pprj definit subctū: itelligit si corru
pit fm aptitudinē: nō aut fm actum vniuersalr lo
quēdo. Ut dicat q inseparabilitas et bi^o non puenit

In predica
mēto sbe.

T. c. 10.

a. t. c. 19. ul.
q3 ad. t. c.
28.

T. c. 9.
T. c. 4. et
17.

q. de virtu
tibus. q. j.
a. 3. c.

T. c. 35.

accidentis: ut respicit subiectū in rōne pprie potētie: sed ut sustentatiuū z principii. Loquēdo autē de accidētib⁹ fm suas aptitudines: p3 quō rōnes peccāt. Dico enī q nullū accēs est sepabile fm aptitudinē radicale saltē: s3 coeū subiecto neō: z q corru- pro accēte fm talē aptitudinē op3 subiectū corru- pti. Rō autē in oppositū adducta cōcludit q oē accēs h3 subiectū: de quo per se p̄dicat fm se uel fm suam aptitudinē. Cū enī ei⁹ sit act⁹: cui⁹ est potētia (ut dī in de somno z vigilia) idē subiectum erit qd cadit in diffinitionē accētis fm aptitudinē z fm actū: sic hō debet poni nō solū in diffinitionē risibilis sed risus. Stāt ergo ista duo sūt q accēs fm suā actuali- tatē nō hēat ppriū subiectū: cui ult⁹ soli z semp insit z tñ hēat ppriū subiectū per qd diffiniri debeat: qz ad hoc sufficit q fm se uel fm suā aptitudinem per se de illo subiecto p̄dicet. Ad primū vō sufficit accēs fm se tñ nō p̄dicari per se de subiecto.

Sciendū est autē q in accidētib⁹ alio mo- do sumūtur gen⁹ dīa z spēs q3 in substanti- is: qz enī in substantijs ex mā z forma sub- stāiali sit per se vnū: vna quada3 nā ex eoz cōiūctiōe resultante: que pprie in p̄dicamē- to sube collocat: iō in substantijs noīa con- creta que cōpositū significant pprie in gñe esse dicunt: sicut gñia uel spēs: ut hō uel ani- mal: nō autē forma uel mā est in p̄dicamē- to hoc mō nisi per reductionē: sicut p̄ncipia in genere p̄ncipiatorū esse dicunt. S3 ex ac- cidente z subiecto nō fit vnū per se: vñ non resultat ex eoz cōiūctiōe aliq natura: cui in- tentio generis uel speciei possit attribui: vñ noīa accētū cōcretiue dicta nō ponūtur in p̄dicamēto: sicut spēs uel gñia: ut album uel musicū: nisi per reductiones: sed solū fm q abstracta significant: ut albedo z musica.

In hac tertia pte capli huius determinatur quō accētia se habeat ad intētiōes logicas: z pmo quō se hñt ad eē in p̄dicamento: deinde vñ sumant in eis gen⁹ z dīa. Quo ad p̄m ponit duas p̄nes. s. Accētia in cōcreto nō sunt pprie in p̄dicamēto. Et accētia in abstracto pprie sūt in p̄dicamēto.

Ad quarum euidentia sciendū est: q accētia hñt vnū modū es- sendi. s. eē in alio: nō enī sunt nisi insint alicui. Ha- bent autē duos modos intelligendi eo q intellect⁹ est natus ea que sunt adunata in re diuidere. In- telliguntur enī quādoq3 cointelligendo sibi subie- ctū cui insunt: z tūc intelligunt per modū acciden- tis: eo q accēs eē est in alio eē. Quādoq3 vō intel- ligunt solitarie nō cointelligēdo. s. eis subiectū cui fm rē insunt: z tūc intelligunt per modū sube: eo q eē per se. i. solitarie soli substātie cōuenit. Accē- tia enī semper comite egent. Cū autē modus signifi- candi nō fundet super modū essendi: sed intelligē- di: sicut hñt duos modos intelligendi sic hñt du- os modos significandi. Vñ significatur quādoq3 cōsignificādo subiectū: z tūc significant per modū accētis: z uocātur significata in concreto: ut al- bum: nigrū z c. Quādoq3 vō significant ipsa sola absq3. s. subiecti cōsignificatiōe: z tūc significantur

per modū sube: z uocant significata in abstracto: ut albedo z nigredo. Abstractū enī z cōcretū in accidētib⁹: l3 differāt in modo significādi. i. pene- cōsignificare subiectū z nō cōsignificare illud: cō- ueniūt tamē in significatione ipsius forme acciden- talis. Albū enī purā qualitatem significat (sicut in p̄dicamētis dī) sicut z albedo: sed albū significat albedinē in subiecto: albedo autē significat albedinē absq3 illo. Quia igit accētia in concreto totū con- iūctū importat: puta sicut albū albedinē in subie- cto: cōiūctū autē hoc nō est vnū per se: sed vnum z ens per accēs: id autē qd in p̄dicamēto reponitur debet iporare vnū z ens per se: cū p̄dicamenta diuidāt ens per se. s. meta. iō accētia in concreto nō pprie reponunt in p̄dicamēto. Et hec est ratio quā in littera p̄ma cōclusio p̄bat: que sic formari pōt. Nullū nomē iporās ens z vnū per accēs: est pprie in p̄dicamēto: cōcretum accētiale iporat vnū z ens per accēs. ergo nomē concretū acciden- tale nō ponit in p̄dicamēto pprie z per se. Ad de- clarationē minoris ponit dīa inter cōcretū accē- tale z subale in h q cōcretū subale iporat cōposi- tū ex mā z forma: z tale est vnū per se: z iō reponi- tur in p̄dicamēto: ut gen⁹ uel spēs: accēdale vō iporat ex subiecto cōpositū z accēte: qd est vnum per accidēs: ex accēte enī z subiecto non fit nisi vnū per accidēs. ut dī. 7. meta. z iō nō dī ponit in p̄dicamēto nisi reductiue: eo mō quo res impura ad sue puritatē nāe reducitur. Et sic remanet se- cūda cōclusio uera: q accētia. s. in abstracto: in p̄dicamēto spēi z generis p̄dicationē suscipiūt alr oīno a p̄dicamētis accētia sunt excludenda.

Cum autē audis abstractū solā formā impo- tare: nō ideo hoc dictū putes q abstractū subiectū forme a se oīno excludat: hoc enī falsū est: sed iō q abstractū ex modo suo significādi quo solo differt a cōcreto nō includit subm principalr: sed scōario z ex p̄nti. Qd ex cōueniētia z dīa inter ea ex mō significandi persuaderi pōt. Cōue- niūt enī in hoc q tā abstractū q3 cōcretū ex mō si- gnificādi iporat duo. s. qd z quo: seu subiectū z for- mā. Idē enī iporat diffinitio z diffinitū l3 alio mō. Diffinitio autē utriusq3 importat utriusq3 dictoz: ut exemplariter p3: similitudē enī dicim⁹ curuitatē nasi: z simū nasum curuū. Qd autē hoc sit ex mō signifi- candi ex eo clarū est q tā abstractū q3 cōcretū pu- rā formā significat: ut in p̄dicamētis testat Ar. 1. c.

Differūt autē abstractū z cōcretum ex uarietate modi significādi in hoc q cōcretū importat ex mō significandi principalr subiectū: z secundario formā. Abstractum vō principaliter iporat formas z ex cōsequētī subiectum. Aduertēdū nāq3 est q cō- trario ordine se hñt subiectū z forma ad significa- tiōne noīs cōcreti z eius modū significādi. Impor- tat enī cōcretū rōne significatiōis p̄ formā: z subiectū nō nisi ex p̄nti copla. Quo ad modū vō significan- di p̄ subiectū: z ex p̄nti formā iporat. Cui⁹ signū est q in diffōne cōcreti exprimit p̄ subiectū tanq3 gen⁹ qd p̄ma ps est diffinitio: z forma scōo loco ponitur q3 dīa. Dicim⁹ nāq3 q simū est nasus curu⁹. Ab- stractū vō z ex significatiōe z ex mō significādi p̄ formā iporat: scōario autē z ex p̄nti subiectū. In cui⁹ signū in ei⁹ diffōne forma ipsa primo exprimit: ut gen⁹: subiectū autē secundario loco dīe: ut p3: cū dicif. simitas est curuitas nasi. Oritur autē hec differen- tia ex eo q cōcretū iporat habitudinē iter subie-

In predica-
mēto sube.

T. c. i. 4.

Tex. cō. ii.
z. i. 4.

Cōuenien-
tia inter cō-
cretū z ab-
stractū.

In predica-
mēto sube.

Dīa cōcre-
ti z abstra-
cti accētm

etū z formā: prout incipit a subcto z terminat ad formā. Abstractū vō iporat bitudinē inter formā z subctū. put incipit a formā: z terminat ad subctū: ut in exēplis datis apparet. Et hoc enī q bitudo iportata per cōcretū iportat ex mō significandi: ut incipit a subcto: segtur q p iportet subctū a quo incipit: z sūtr ex hoc q bitudo iportata per abstractū iportat ex mō significandi: ut incipit a formā: cōsequēs est ut primo iportet formā a qua incipit. Cā aut hui⁹ diuersitatis est: qz cōcreta ad cōposita significāda sunt inuēta. Cōpositio aut a subcto ori tur. Abstracta vō inuēta sunt ad significādas for mas apud nos inuētas simplices qdē: s; a qb⁹ de nominatione ad subcta deriuat: vñ z cōcreta cōposi tū qd sonat: abstracta vō formas: ut cadētes tñ ad subcta. Nō igit ppter ea dictū est q abstractū solā formā iportet: qz nullo mō copulat subctū: s; qz ex mō significandi cōpositū nō sonat: nec pncipalr im portat ipz subctū: quēadmodū cōcretū: sed extrin sece tñ ut terminū bitudis forme significat.

Apud me
raph. quid
sit in gñe.

Aduerte hic q de abstracto z cōcreto quō sunt in pñdicamēto alr metaphysi cus: z alr logic⁹ iudicabit. Cū enī apud metaphy sici qui res fm suas eēntias cōsiderat z nō f; mo dos itelligendi uel significādi abstractū z cōcretū nō differat: eo q eadē res abstracte z cōcrete sint significata: dicit ipse sicut abstractū: ita z cōcretū in gñe eē res enī per suā eēntiā ingredit̃ uel egre dit̃ gen⁹ metaphysicālr sumptū. i. rem gñis: z non per modū significādi: vñ nō dicit metaphysicus al bī eē ens per accēs: sed b albus: ut p; s. meta. z 7. eiusdē. Logic⁹ aut qui nō res fm suas nās: s; se cūdas intētiōes adiūctas pñis intellectis ac signi ficatis cōsiderat: dicit abstractū eē in gñe. cōcretū vō nō: qz res noie abstracto significata pōt denoiā ri spēs: ut albedo z genus ut color: cōcretū vō nō pp alietatē modi significādi (ut dictū est.) Cā aut qre alietas modi significādi hāc uarietate logico pbeat: est: qz modus significādi puenit scōdas inten tiōes z fūdat qdāmō ips: s; enī tā modus signifi cādi qz itētiō pueniat in b q sequant̃ rē: nō f; se s; ut intellectā. pñs tñ rē ut intellectā sequit̃ modus si gnificādi qz scōda itētiō eo q modus significādi ni hil aliud est qz signū modi itelligēdi: sicut uox si gnificās est signū rei itellecte: vñ sicut uox signifi catiua prius segtur rē itellectā qz scōda intētiō: ita ei⁹ modus significādi modū itelligēdi: ut tot⁹ ordo pertinetiū ad noia pñe intētiōis pcedat ordinē eo rū que pertinet ad noia scōde intētiōis. Quia igitur scōde intētiōes res ut itellectas z significatas de nominat̃ z nō absolute: iō stat eadē rē diuersimo de itellectā z significatā denoiari spēm z nō spēs: z pñter eē directe in pñdicamēto z nō eē directe in eo: sicut eadē nā hūana significata noie hois spēs est: significata vō noie hūanitatē spēs nō est: s; spe ciei pñm: vñ in pposito apud logicū res illa que al bedinis noie itelligit̃ diuersimode significata: in pñdicamēto eē affirmat̃ z negat̃. Si enī in abstra cto significet̃ cū sit spēs denoiationē hēat in pñdic amēto reponit̃. Si aut in pcreto significet̃ cū sit spēs uel generis denoiationē nō hēat: qz rē extraneam ex modo significandi includit̃ in predicamento di recte eē negatur. Et qz intentio sancti Thome est declarare quō accētia se hēant ad intentiones lo gicas: z nō ad cui⁹ generis rē pertineant: iō cōcre tū accidētale a predicamētis separauit.

L.cō.13.
L.cō.16.

Apud logi
cū quid in
genere po
natur.

Cum his oib⁹ aduertat q aliqd facit rem reponi in predicamento duplr. Uno mō ut rō reponēdi ipsuz in pñdicamēto. Alio mō ut cōditio sine qua nō. Rō reponēdi in gñe siue specie tā apud logicū qz apud metaphysicum est eēntia illi⁹ rē: res enī per suā eēntiā ad gen⁹ z spēm diffinit̃: cōditio aut sine qua non est modus ipse significādi. Et in pñdicamēto qdē sube cōditio sine qua res nō suscipit gñis uel spēs z c. denoiā tionē: est modus significādi in cōcreto. In predica mētis aut accētū cōditio sine qua nō: est modus significādi in abstracto. ppter ea cū dictū est cōcre tū accētale nō directe reponi in pñdicamēto apud logicū: itellige b ppter defectū cōditiois sine qua nō: z nō pp defectū rōnis reponēdi. z sūtr cū dicit̃ q hūanitas z ulr abstractū subale nō est in gene re substantie: itellige pp defectū cōditiois sine qua nō: z non rationis reponēdi.

Et qz accētia nō cōponūtur ex mā z for ma: ideo nō pōt in eis sumi genus a mate ria: z differētia a forma: sicut in substantiis cō positis: s; opz ut primū gen⁹ sumat̃ ex ipso mō eēndi: fm ens diuersimode fm prius z poster⁹ de. x. generib⁹ pñdicat̃: sicut dī quāti tas ex eo q est mēsurā sube: z q̃litas fm q est dispositio substantie: et sic de alijs s; pñm in. xj. metaphysice.

Hic declarat̃ vñ in accētib⁹ sumātur gen⁹ z dif ferētia ppositiōib⁹ trib⁹. Prima est. gen⁹ z dīa nō sumūtur in eis ex mā z forma. Secūda est. pñm gen⁹ sumit̃ ex pprio mō eēndi quo pñdicamētū ipz ps entis cōstituit̃. Tertia est. dīe sumunt̃ in ac cidētib⁹ ex diuersitate ppriorū pñcipiorū. Pñia pñ sic. in cōpositū ex mā z forma nō pōt hīe gen⁹ sum ptū a mā: z dīa a forma: s; accētia sunt in cōposi ta ex mā z forma: igit nō pōt in eis sumi gen⁹ a mā z dīa a forma: sicut fit in subhs cōpositis: qd qua liter itelligēdū sit (sup dictū est.) Secūda pñ sic. primū gen⁹ opz explicare eēntiā fm ppriā poten tiā que est in ea: sicut ultia differētia debet expli care eēntiā fm ultimū actū: sed eēntia accētis fm modū illū quo ps entis cōstituitur h; ppriā potē tiam: ergo ex illo modo sumēdū est gen⁹ primū.

Intelligendum est hic primo ens di uidi per quosdā mo dos in predicamēta: sicut quodāmō gen⁹ in spēs per dīas: ita q sicut spēs per id quo generis ptes efficiūtur in eē specifico. cōstituitur: ita pñdicamen ta per id quo ptes entis sūt in eē gñalissimo cōsti tuūtur: z ideo modi pprii quib⁹ ens ad qdlibet pre dicamētū descēdit sunt illi: penes quos pñma gñā pñstituta sūt. Sūt at isti modi per substantiū mēsuratiū dispositiū relatiū actiū z c. ut dī. s. meta.

Notandum est 2⁹ q cū genus sumat̃ a re fm id quo habet rōnez determinabilis: primū gen⁹ sumēdū est a re fm id quo primo h; rōnē determinabilis: primo autē hēt rōnē determinabilis res fm primū sui gradū con cepta: pñm aut gradus rei is est quē res ex mō illo sortit̃ quo ppriū sibi locū iter ptes entis uēdicat̃: z iō pñm gen⁹ sumptū ab illo modo entis iporat̃ rē: ut p determinabilē: z ppter ea ista se consequūtur sumi a re fm ppriā potētiā eius. i. fm id quo pñmo

c. 6. p. 3.

L. c. 14.

habet rationem determinabilis: et sumi a re s3 modum illū quo entis ps sit. et sic patet assumpta ratio.

Differētie vō in eis sumunt ex diuersitate pncipioꝝ ex qb' cānt: et qz pprie passiones ex pprijs pncipijs subiecti cānt: iō subiectū ponit in diffōne eoz loco dñe si in abstracto diffiniant. fm qz sunt pprie in gñe. sicut dñ qz limitas est nasi curuitas. Sed ecōuerso eēt si eorū diffō sumeret fm qd pcretiue dicunt: si enī subiectū in eorū diffōne ponetur sicut gen': qz tūc diffinirent per modum subarū cōpositarū in qb' rō gñis sumitur a mā: sicut dicim' qz simū est nasus curu'. Si mlti ēt est si vnū accñs alterius accñtis pncipiū sit: sicut pncipiū relationis est actio et passio et quātitas: et ideo fm hec diuidit pbs relationē in quinto metaphysice.

Hic ponit tertia ppositio. s. qz differētie sumuntur in accidētibus ex diuersitate pncipioꝝ et declarat a posteriori. Signū enim qz differentie sumant ex diuersitate pncipioꝝ et pncipioꝝ est qz i diffinitione accñtiū in abstracto que pprie hñt genus et dñas subiectū ponit loco differētie: hoc enī nō ēt nisi accñtia differēt penes sua ppria pncipia. ppter ea enim pprie passiones differūt iter se: qz pncipia subiecti ex qbus cānt: inter se differunt.

Et qz posset aliqz signū hoc ificiari dicēs qz subiectū ppriū qñqz ponit in diffōne ppriū accidētis loco gñis et nō differētie: ideo ad hāc obiectionem excludēdā subdit (l3 ecōuerso eēt) et c. et vult dicere qz l3 ita sit qz qñqz ponat subiectū in diffōne ppriū accñtis loco gñis et nō differētie: qz tamē hoc nō fit nisi cū accñs in pcreto diffinit: qd ut sic non est in gñe: ideo hoc nō obstat nre sentētie: quia accñtis differētiā fm qz in pñdicamēto est: vñ sumēda sit: declarauimus. Et enī qre in diffōne accñtis in pcreto subiectū ponit loco gñis: nō est ipsa nā accñtis. ita qz subiectū eius. eētia pro gñe sibi uēdicet: sed est modus ei' significādi: qz enī pcretū ex mō significādi iporat totū pñctū. s. accñs et subiectū: ideo per modū rerū diffinit cōpositarū: in qbus genus sumit a mā et differētia a forma: et ppter ea subiectū cū se hēat: ut mā loco gñis ponit: et natura accñtis cum se hēat ut forma: loco differētie ponit: et dicūt simū est nasus curuus: non sic autē est cū diffinit accñs in abstracto: tūc enim ponit ut genus id qd eētia ipsi' accñtis determinat sibi ut genus: et ponit loco differētie id a quo accñtis fm nām suā specificā differētiā trahit. s. subiectū ppriū: et dicūt simitas est curuitas nasi. Manifestū quoqz sit hoc. s. qz differētie accñtiū sumuntur ex diuersitate pncipioꝝ pprioꝝ non solū qñ accñtis imēdiate causat a substantia: sed etiam quādo vnū accñtis est alterius pncipiū ppriū: tūc enim differētiā sortiunt accñtia causata penes diuersitatē accñtiū causantium: ut patet de relationibus: quarū differētia attenditur penes sua fundamenta seu causas: puta actionem passionū et quātitatem: ut patet ex diuisione relatiuorū facta ab Ar⁹ l^o. 5. metaphysice. Et p hoc excludit obiectionē alia que posset fieri de secūda et tertia passione eiusdem subiecti. Posset enim aliqz obijcere quō alia

est differētia scōe passionis a differētia prime: si ex pncipijs ex qbus fluit passio: differētia sumit: qñ quidē eadē sunt pncipia a qbus fluit pma et secūda. Exclusa enim est hec obiectione per hoc qd dictum est qz quādo vnū accñtis est pncipiū alterius: differētia posterioris accñtis non ex diuersitate remotoz pncipioꝝ: sed pprioꝝ attendit. et iō cum prima passio sit pncipiū secūde non sunt eadem ppria et imēdiate pncipia prime et secūde.

Sed qz ppria pncipia accñtiū nō semper sunt manifesta: ideo qñqz sumimus differentias accñtiū ex eorū effectibus: sicut congregatiū et disgregatiū visus dicunt differentie coloris: que causant ex abūdantia et paucitate lucis: ex qua diuerse species coloris causant. Sic ergo patet quomodo essentia est in substantijs et accidētibus: et quomodo in substantijs cōpositis et simplicibus: et quomodo intētiōes logice vniuersales in eis inueniunt: excepto primo pncipio qd est i finite simplicitatis: cui nō cōuenit ratio generis uel spēi: et per psequēs nec diffinitio ppter suā simplicitatē: in quo sit finis et consumatio huius sermonis.

Quia posset tertio aliqz dubitare de hoc qd dictū est. s. qz differētie accñtiū sumunt ex eoz pprijs pncipijs ex hoc qz qñqz sumimus eoz differētiā ab effectibus: sicut albedinis et nigredinis differētiā dicimus pgregare et disgregare visū: mō ad hāc dubitationē tollēdam dixit qz hoc cōtingit nō ex natura ipsoꝝ accñtiū: sed ex nobis qbus ppria pncipia accñtiū occulta cum sint: op' est ex effectibus notioribus differentias sumere: que differētiā ueras quodāmodo nobis insinuet (sic in exēplo pposito liquet) albedo enim et nigredo differūt a priori ex abūdantia et paucitate lucis: lux enim in opaco corpe exñs aliqñter obumb: ata albedinē pñtuit: ualde autē obfuscata nigredinem a posteriori autē differūt pgregatione et disgregatione visus: ex hoc enim cōtingit disgregare: quia ibi est satis de luce et non econuerso: et qz abūdantia et paucitas lucis non ita nobis manifeste sunt: sicut congregare et disgregare: ideo loco ppriarum differentiarū: cōgregatiū et disgregatiū ponimus dicentes: albedo est color disgregatiū visus: nigredo vō congregatiū.

Hic aduertat qz nō dixit subiectū ē differētiā accñtis: s. ponit loco differētie: hñt ēt ppriū gen' et ppria differētiā sui generis: que tñ absqz subiecto nō pñt explicari cōplete: et iō oīno opz subiectū in diffinitio ne accñtis cadere: ut dictū est. Ultimo epilogus fit eorū que dicta sunt: in qruz explicatione meam opinionē ita platā esse uolo: ut ubi ueritati cōsentanea inuenta nō fuerit: et ingenio et etati uenia detur (adolescētiā enī adhuc ago) Ubi autē ueritatis tramitē secuta videbitur: gratiarū debite actiones diuo Thome habeantur: a quo quicquid ueri est didici.

Explciunt commentaria de Ente et Essentia.

HHH

De Analogia

Incipit tractatus de Analogia nominū Reuerē
di patris magri Thome de Vio Caietani ordinis
fratrum predicatorum.

Quotuplex ē analogia cū declatiōe pmi mōi. Ca. I.



Analogie uocabuli ppor-
tionem siue ppor-
tionalitatē (ut a grecis accepimus)
in pposito sonat. Adeo tñ extēsu di-
stinctūqz est: ut mltā noia analoga
abusiua dicam⁹: z mltarū distinctio

nū adunatio si fieret cōfusiōes pareret. Ne tñ re-
ctū obliqui iudiciū puer: z singularitas in loquēdo
accuset: vnica distinctiōe trimēbz oia cōprehende-
mus: z a min⁹ pprē analogis ad uera pcedem⁹.

Ad tres g modos analogie oia analoga redu-
cunt. s. analogiā ineqlitatis: analogiā attributionis:
z analogiā pportionalitatis. (Quāuis fm ueram
uocabuli pprētatē z usuz A. x. ultim⁹ modus tñ
analogiā cōstituat: prim⁹ aut modus ab analogia
alien⁹ oino fit.) Analoga fm ineqlitatem uocant:
quoz nomē est cōe: z rō fm illud nomen est oino
eadē: ineqliter tñ picipata: z loqmur de ineqlita-
te pfectiōis: ut corpus nomē cōe est corpib⁹ supio-
rib⁹ z inferiorib⁹: z rō oīuz corpoz (inquātū corpo-
ra sūt) eadē est. Querētī enī qd est ignis inquātūz
corpus dicit: suba trine dimēsiōni subeta. Et simi-
liter querētī: qd est celū inquātū corpus zc. Nō tñ
fm eqlē pfectionē rō corpeitatis est in inferiorib⁹ z
superiorib⁹ corpib⁹. Huiusmodi aut analoga logicus
vniuoca appellat. Pbs vō equoca: eo q ille inctio-
nes pferat noīuz: iste aut nās. Vñ zin. io. meta.
t. c. ult. A. x. dicit q corruptibili z icorruptibili
nihil est cōe vniuoci: despiciēs vnitatez rōnis seu
cōcept⁹ tñ. Et in. 7. phy. d. iuxta gñā latere equo-
catōes: qz hī analogia cū vnitate cōcept⁹ nō dicit
vnā nāz simplr: s. mltas cōpatitur sub se naturas
ordinē iter se hñtes: ut pz iter spēs cuiuslibet gñis
spālissimas z subalternas magis. Qd enī gen⁹ ana-
logū h mō. appellari pōt (lz nō multū cōsueuerint
nisi gñalissima z his ppinqua.) Hāc analogiā. S.
Tho. in. j. di. i9. uocat analogiā fz eē tñ: eo q ana-
logata pificant in rōne significata per illud nomē
cōe: s. nō pificant in eē illi rōnis: pfecti enī hz eē
in vno qz in alio cuiuscunqz gñis rō (ut in meta.
plurib⁹ locis pz.) Nō solū enī plāta est nobilior mi-
nera: s. corpeitas in plāta est nobilior corpeitate in
minera: z sic de alijs. Perhibet quoqz huic analo-
gie testimoniū Auerro. in cō. 2. i2. meta. d. cū vni-
tate gñis stare pōritatē z posterioritatez eoz que
sub genere sūt. **H**ec pro tanto analoga uocant:
qz cōsiderata ineqlī pfectiōe iferioz: per pri⁹ z po-
steri⁹ ordie pfectiōis de illis dī illud nomē cōe: z
iā in usuz uenit: ut qñ sinonima dicam⁹ aliqd dici
analogice: z per pūz z posteri⁹. Abusiō tñ uoca-
buloz hec est: qñ dici per pri⁹ z posteri⁹ supi⁹ est
ad dici analogice. In hī aut analogis: quō iueniā-
tur vnitas: abstractiō: pdicatio: cōparatio: demon-
stratio z alia hī: nō opz determinare: qñ vniuoca
sūt fz vitatē z vniuocoz canones in eis fuādi sūt.

Analogia attributionis: quid z quot modis fit.
z que eius conditiones. CAP. II.



Analogia aut fm attributionēz
sunt: quoz nomē cōe
est: z rō fm illud nomē est eadē fm ter-
minū: z diuersa fm habitudines ad illū
ut sanū cōe nomē est: medicine: urine: z

animali: z rō oīuz inquātū sana sunt ad vnū termi-
nū (sanitatē. s.) diuersas dicit hitudines. Sigs enī
assignet qd est aīal inquātū sanū: subiectū dicit sa-
nitatis: urinā vō inquātū sanā signū sanitatis zc.
ubi clare pz rōnē sani esse: neqz oīno eandem: neqz
oīno diuersam: sed eandē fm quid: z diuersam fm
quid. Est enī diuersitas habitudinū z idēitas ter-
mini illarū habitudinū. **Q**uadrupl⁹ autē fieri
pōt hī analogia fm quatuor genera carū (uocādo
pnūc cāz exēplarē formālē.) Cōtingit siquidē mltā
ad vnū finē z ad vnū exēplar fm aliquā vnam
denoiatiōē z attributionē diuersimode hñe: ut pz
per A. x. 4. meta. Deficiente finali z māli cau-
sa ad exēplarē demuz analogia boni. ut in p ethi-
ca. 6. **A**tribuitur autē huic analogie multe cō-
ditiones: ordinate se cōsequētes. s. q analogia ista
fit fm denoiatiōē extrinsecam tñ: ita q primū
analogatoz tñ est tale formāl⁹: cetera aut deno-
minātur talia extrinsece. Sanū enī ipsuz aīal for-
māl⁹ est. Urina vō medicina z alia hī: sana deno-
minant nō a sanitate eis inherente: s. extrinsece ab
illa aīalis sanitate: significatiue uel causaliter uel
alio mō. Et filr idē est de medicatiuo z de substan-
tia que sunt formāl⁹ talia in primo: in ceteris vō de
nominatiua significatiue denominant: z extrin-
seca. boni quoqz rō in bono p cēntiaz saluata: quo
exēplariter cetera denominant bona: in solo pmo
bono formāl⁹ inueniē: reliqua vō extrinseca deno-
minatione fm illud bonū bona dicunt. **S**z dili-
genter aduertendū est: qz hī analogie cōditio. s.
q nō fit: fm genus cāe formalis inherētis: s. sem-
per fm aliqd extrinsecū est formāl⁹ intelligēda z
nō māliter. i. nō est intelligēdū per hoc q oē nomē
qd est analogū per attributionē fit cōe analogatis
sic q primo tñ pueniat formāl⁹: ceteris aut extrin-
seca denoiatiōe: ut de sano z medicinali accidit.
Ista enī vltis est falsa: ut pz de ente z bono. (Nec
pōt haberi ex dictis nisi māliter intellectis) sed est
ex hoc intelligendū: qz oē nomē analogū per attri-
butionē (ut sic uel inquātū sic) analogum cōmune
est analogatis: sic q primo cōuenit formāl⁹: reliqz
aut extrinseca denominatione: hoc siquidē uerum
est ex formali intellectu precedētū: ex eisqz mani-
feste sequit. **E**ns enim quāuis formāl⁹ conueniat
oibus substantijs z accitibus: inquātū tñ entia oia
dicuntur ab ente subiectiue: ut sic sola suba est ens
formāl⁹: cetera autē entia dicunt: qz entis passiōes
uel generationes sunt lz ens formāl⁹ alia rōne di-
ci possint. Et filr est de bono: lz enim omnia entia
bona sunt: bonitatib⁹ sibi formāl⁹ inherētib⁹: inquātū
tamen bona dicunt: bonitate prima effectiue: aut
finaliter aut exēplariter oia alia non nisi extrinse-
ca denominatione bona dicunt: illamet bonitate:
qua deus ipse bonus formaliter in se est. **E**t ex
hac cōditōe statim inferi alia. s. q illud vnū ad qd
diuersae hitudines terminātur in huiusmodi analo-
gis est vnū nō solū rōne sed numero. Quod du-
pliciter pōt intelligi fm q analogata dupl⁹ sumi
pōt. s. vniuersalr z pticulariter. Si enī sumantur
analogata pticulr illud vnū numero est vnū nu-
mero uere z positiue. Si aut sumātur vniuersalr il-
lud vnū numero est vnū numero negatiue. i. non
numerat in illis analogat ut sic: qñ in se fit nūe
qdā z nō vnū numero. vbi grā. Si sumātur hec
urina sana: hec medicina sana: z hī aīal sanuz: hec
oia dicunt sana a sanitate q est in hī aīali: quā pstat

T. c. 2.
Ca. 7.

1^a conditio
analogie attri-
butionis.

T. c. 31.

1. d. i9. q. 5.
ar. 2.
p^m

L. d. 2.

2^a conditio
huius ana-
logie.

T.c.39.

3^o ditione hu
ius analo
gie.

4^a conditio

Diuisio a
nalo attri
butionis.

vnā numero uere esse. Sor. enī dī san^o: qz hēt hāc
sanitatē: medicina vō qz illā facit: urina qz eādē si
gnificat. Si āt fuman^o: aīal sanū i cōi: z uria sana
in cōi: z medicīa sana in cōi: sic formalr loquēdo sa
nitas a qz hī^o sana dicunt nō est vna nūo in se: eo qz
cāe ules effectib^o ulib^o cōparāde sunt. ut. 2. physi
coz dicit: z sile est de signis z istis z alig: sed est
vna numero in istis analogatis negatiue: nō enim
numerat sanitas in aīali. urina z dieta: qm nō est
alia sanitas in urina: z alia in aīali: z alia in dieta.
Et sequit cōditio ista ex precedēt: qm cōmune f3
denoiatiōe extrinsecā nō numerat: id. s. a quo de
nominatio sumit in denoiatis: sicut vnioca multi
plicat in suis vniocatis: z pp hoc dicunt vnum
rōne tm z nō vnū numero in suis vniocag. Alia
est enī animalitas hoīs: z alia equi z alia bouis:
aīalis noie adunate in vna rōne. Ex hac aut cō
ditione inferitur alia: qz. s. primū analogatū ponit
in diffinitioe ceteroz: fm illud nomē analogū: qm
cetera nō suscipiūt illud nomē nisi per attributio
nē ad primū in quo formalr saluat eius rō. Cadit
sigdē in rōne medicine z diete z urine zc. in quā
tū sane sunt: animalis sanitas: sine qua itelligit ce
tera sana nō possunt: z simile est de alijs iudicijs.
Ex his aut sequit ulterio^r qz nomē sic analogū
vnū certū significatū cōe oibus pialibus ei^o mo
dis seu oib^o modis analogatis nō hēt: z ppter qz
nec cōceptū obiectiuū: nec cōceptū formalē abstra
hentē a cōceptib^o analogatis h3: sed sola uox cum
idēitate termini diuersimode respecti coīs est: ita
qz cū in hac analogia sint tria: uox. s. termin^o z re
spectus diuersi ad illū: nomē analogū terminum
quidē distincte significat: ut sanū sanitatem: respe
ctus aut diuersos ita indeterminate z cōfuse im
portat: ut primū distincte uel quasi distincte osten
dat: ceteros aut cōfuse z per reductionē ad pūz:
sanū enī respectus multos ad sanitatē: puta habē
tis: significantis: causantis zc. sic in vna uoce sani
tatē distincte importante cōfundit: ut respectū pri
mū. s. hīs seu subiecti distincte significat. Sanū
enī absolute dicimus sanitatē habētē: ut subiectū:
ceteros autē respectus idē determinate iporat: z per
attributionē ad primū: sicut p3 ex dictis: z ppter
hoc: tria de hī^o analogo dicunt. s. qz cōe est oibus
analogatis fm uocē tm: z qz simplr platū stat pro
primū: z qz nō est prius primū analogato in quo
tota sua rō formalr saluat: primū qdē peculiaris
significat: z super oia analogata: superius signifi
catū nō h3. Diuidit āt analogia hec: in analogi
am duoz ad vnū tertium: ut urine z medicine ad
animal sanū: z in analogiā vnius ad alterū: ut uri
ne z medicine ad se inuicē. Nec h3 ista diuisio
alia mēbra a supradictis. quonā hec circūit analo
giā fm oia genera causariū: sed ad hoc facta est: ut
ostendatur: differenter suscipi nomē analogū: quā
do ponit primū analogatū ex vna parte: z cetera
ex altera pte: z quādo secūdoz analogatoz: vnū
hinc: alterū inde ponetur: fm qdēqz genus cause
analogie fiat. Primo enī z ceteris sic cōe est ana
logū: ut nihil eis prius ponat aut significet: z pro
pterea uocatur analogia vnius ad alterū: ponēdo
oia alia a primo loco vnius: secūdis autem analo
gatis sic cōmune est nomen analogū ut aliqd eis
prius ponat (primū. s.) ad quod omnia secunda at
tribuitur: z uocatur analogia duoz ad tertium: ul
multorū ad vnū: qz non inter se est attributio: sed

ad primū. Appellantur autem analogia hec: a logi
co equiuoca: ut in principio predicamentoz p3: ibi
animal equiuocū dicitur ad animal uerū z ani
mal pictū. Animal enim pictū nō pure equiuoce:
sed per attributionē ad animal uerū: aīal dī: z in
rōne eius inquātū aīal: manifeste p3 animal uerū
accipi. Querenti enī quid est aīal pictum in eo qz
aīal. Respōdebūt imago aīalis. A phis vō grecis:
noia ex vno: uel ad vnū aut in vno: z media inter
equiuoca z vnioca dicunt (ut pluries in meta^{ca}
p3.) Et expresse in primo ethicoz huiusmodi noia
cōtra analogia distinguūt (ut infra amplius dice
tur) a latinis autē uocātur analogia seu equiuoca
a consilio. Tanc autē analogiā. S. Tho. in pri
mo senten. dī. 19. uocat analogiā fm intentionem
z non fm esse: eo qz nomen analogū nō sit hic cō
mune fm eē. i. formalr: sed fm intentionē. i. fm de
noiatiōe. Ut enī ex dictis p3: in hac analogia nō
mē cōe nō saluat formaliter nisi in primo: in cete
ris aut extrinsecā denoiatiōe dicitur. Hec iō apud
latinos analogia dicunt. qz proportionē diuersas
ad vnū dicunt extenfo pportionis noie ad oēs ha
bitudinē. Abusua aut locutio hec est: quāuis lon
ge minus qz prima. Quomō aut de huiusmo
di analogis sit scientia: z cōradictiōes z demon
strationes: z consequentie z alia huiusmodi ex di
ctis z cōsuetudine Arz^o p3: op3 enim significatio
nes diuersas prius distinguere: propter quod am
bigua apud arabes hec dicuntur: z deinde a pmo
ad alia pcedere: sicut a centro ad circūferentiam
diuersis pceditur vjs zc.

De analogia pportionalitatis quid sit: z quotu
plex est: z qz sola pprie analogia uocat. CAP. III.

Ergo dictis: ad p
pe analogiā ascē
dendo dicimus analogā fm pportionali
tatē dī: quoz nomē est cōmune: z ra
tio fm illud nomē est pportionalr eadē.

Uel sic. analogā fm pportionalitatē dicunt quoz
nomē cōmune est: z ratio fm illud nomē est simi
lis fm pportione: ut videre corpali uisione: z vi
dere intellectualiter cōmuni noie uocant uiderē. z
sicut itelligere rē aīe offert: ita uiderē corpi aīato
sensibili. Quāuis aut proportio uocet certa habi
tudo vni^o quātitatē ad aliam: z proportionalitas
dicatur: dicit similitudo duarū pportionū: trāstu
lerunt inde pbi pportionis nomē ad oēm habi
tudinē cōformitatis cōmēsuratiōis: capacitaz zc.
z cōsequēter pportionalitatem extenderunt ad
oēm similitudinē habitudinū: z sic in pposito uo
cabulis istis utimur. Fit autē duob^o modis ana
logia hec. s. metaphorice z pprie. metaphorice qui
dē: quādo nomē illud cōmune absolute vnā ha
bet rōnez formalē que in vno analogatoz saluat:
z per metaphorā de alio dicitur: ut ridere vnā fm
se rōnē habet: analogū tamen metaphorice vō ri
sui z prato virenti: aut fortune successui. sic enī si
gnificam^o hec se hīe quēadmodū hō ridēs. Et hu
iusmodi analogia sacra scriptura plena est: de deo
metaphorice notitiā tradēs. Proprie vō fit: qm
nomē illud cōe in utroqz analogatorū absqz meta
phoris dī: ut principiū in corde respectu aīalis: z
in fundamēto respectu domus saluat. Quod (ut
Auerrois in. c. 7. primi ethico.) ait. pportionali
ter de eis dī. Preponit aut analogia hec ceteris
antedictis dignitate z noie. Dignitate quidē: quia

HHH 2

In diffōne
equocoz.

max^o. 2. me
ta. c. 2. ca. 7.

j. dī. 19. q. 5.
arti. 2.
p^m

Quō de iss
analogis
sit scia.

Quot mo
dis fit hec
analogia 2^a

p^mi ethi^o.
c. 7. qm
dignitas h^o
analo^o re^o
alioz mōz

De Analogia

4. meta^{ca}
t. c. 2.
7. meta^{ca}
ter. c. 15.
T. c. 12.

2. post^{ca}
ter. c. 24.
capi. 7.

ca. ul^{ti}.
nō bene.

7. ethi^{ca}.
cap. 7.

1. d. 19. q. 5.
ar. 2.
p^m

Diversimo
de res adu
nantur in
vniuoce z
analogo.

hec fit fm genus cāe formalis inherētis: z qm pre
dicat ea que singulis inherēt. Altera aut fm ex
trinsecā denotatiōe fit. Noie at: qz analogia noia
apud grecos (a qb analogie uocabula habuim⁹)
hec tm dicunt: ut ex *Ar^{ist}* et colligit: qui (in meta
phica) noia que dicim⁹ analogia per attributiōez
ex vno ad vnu: uel in vno uocat: ut p³ in. 4. z in. 7.
In. 5. aut meta^{ca}. ca. de vno: diffinitio vnu fm ana
logia: ut sinonimis utit vnu analogia z vnu ppor
tione: z diffinit ea eē quecuq; se hnt: ut aliud z ali
ud: apte insinuās illā eē p³rie analogoz diffōne
quā dixim⁹. Qd tm clarius hēt in arabica trans
latione ubi dicit: illa que sunt vnu fm quātitate. s. p
portionalē sunt quoz pportio est vna: sicut ppor
tio alicui rei ad aliā rē. Ubi *Auerro*. exponēs ait.
z illa dicunt vnu: que sunt vnum fm pportionali
tate: sicut d³ q. pportio rectoris ad ciuitatē z gub
natoris ad nauē est vna. In 2^o quoz posterioruz
ca. ii. h³ noia pportionalia: analogia uocat. Et qd
plus est: p³ ethicoz. distinguit p³dicta noia ex vno
ad vnu cōtra analogia: dū loquēs de coitate boni
ad ea que bona dicunt ait. nō assimilant a casu eg
uocis: sed certe ei qd est ab vno etiā uel ad vnum
cōtēdere uel magis fm analogia: z subdēs exem
plū analogie dicit: sicut enī in corpe visus: in aia in
tellect⁹. in qbus uerbis diligenti lectori: nō solum
nomē analogie hec que dixim⁹ sonare docuit: sed
pferendā eē in predicationib⁹ metaphisicis hanc
insinuauit analogiā (in li magis) ut. *S. Tho.* ibidē
per supradictā rōnē optime exponit. Scim⁹ sigdē
fm hāc analogiā rerū intrinsecas entitates: boni
tates: ueritates z c. qd ex p³iori analogia nō scit.
Uñ sine hui⁹ analogie notitia. p³cessus metaphi
cales absq; arte discunt. Acciditq; h³ ignoratib⁹:
qd antiquis nescitib⁹ logicā (ut in. 2. elenchoz) di
citur. Nec fuit forte ab *Ar^{ist}* tēpore tā piculosus
casus iste: sicut mō apud nos: qm blasphemare se
re v³: qui metaphisicales terminos analogos di
ctos s³ pportionalitatē cōmunes exponit. Luz tm
Auerro. dicat super p³dicto textu. Est dign⁹ his tri
bus modis: ut sit nomē boni dictū de eis fm viam
que dicit de pportionalitatib⁹. Uocat quoz a. *S.*
Tho. ubi supra. analogia fm eē z fm intētionem:
eo q analogata ista: nec in rōne cois nois: nec in
esse illius rōnis parificant: z tm tam in rōne illius
nois qz in eē eiusdē pportionalitatis conueniunt.
CSz qm (ut dictū est) obscura ualde z necessaria
res hec est accurate distincteq; dilucidāda est per
plura capitula.

Quomodo analogum nomen ab analogatis di
stinguitur. CAP. III.

Noniam aut analogia media
est inter equocatio
nē purā z vniuoationē ex extremis: me
dij nā declarāda est. Et qz in noibus tria
inueniunt s. uox: cōcept⁹ in aia: z res ex
seu cōcept⁹ obiectiuus. Jō singula perlustrādo: di
cendū est quō analogū ab analogatis distinguat.
Et a reb⁹ incipiedo: qz p³iores cōceptib⁹ z noib⁹
sunt: dicim⁹ q noie vniuoce: ita diuerse res signifi
cant. qz ut sic ad rem simplr vñ abstractā z p³isaz
in eē cognito ab eis adunant. Analogi aut nomie
res diuerse ita significāt qz (ut sic): ad res diuerfas
fm pportione vñ vniunt. Uocat autē in pposito
res: nō solū nā aliq; sed quicūq; gradus: quecuq;
realitas: z qdūq; reale in reb⁹ inuentū. Uñ inter

vniuoationē z analogiā hec est dīa: qz res fūdā
tes vniuoationē sunt sic adiuicē siles: qz fūdāmē
tū silitudis in vna est eiusdē rōnis oīno cū funda
mēto silitudis in alio: ita qz nihil claudat in se vni
us rō: qd nō claudat alterius rō: ac per s fūdāmē
tū vniuoce silitudis in utroq; extremoz eque ab
strahit ab ipsis extremis. Res aut fundātes analo
giā: sic sunt siles qz fundamētū silitudis in vna di
uerse est rōnis simplr a fundamēto illi⁹ in alio: ita
qz vni⁹ rō nō claudit id qd claudit rō alterius: ac p
s fundamētū analoge silitudis in neutro extremo
rū opz eē abstractū ab ipsis extremis: sed remanēt
fundamēta distincta: silitia tm fm pportione: pp qd
eadez pportionabilr uel analogice dicunt. Et ut
possint oib⁹ p³dicta patere: declarātur exēplarit
in vniuoatiōe hui⁹ nois aial: z analogia hui⁹ no
minis ens: hō: bos: leo z cetera aialia: qz hnt in se
singulas nās sensitias seu p³rias aialitates: qz
cōstat diuerfas fm rōnē eē z mutuo siles: sic qz in
quocūq; extremo puta hoie aut leone cōsideratur
fm se aialitas que est silitudis fundamētū: z inue
nit equalr abstrahēs ab eo in quo est: z nihil iclu
dēs in vno qd nō in alio. Jō z in rerū nā fūdāt fm
suas aialitates silitudinē vnitatē que idēitas ge
nerica uocat z in esse cognito adunāt: nō ad du
as uel tres aialitates: sed vñ tm que aialis noie
in cōcreto per se p³imo significat z vniuoce uocat
tur cōi noie aial. Dūz siquidē eoz fm qz nās sens
tias hnt indistincta oīno est rō: ab oib⁹ abstracta:
que illius rei: quā aialitatē uocauim⁹: ad qta est
diffinitio. Substātia aut quātitas: qualitas z cete
ra: qz nō hnt in suis qditatibus aliqd tali mō ab
strahibile: puta entitatē qm supra substantialita
tē nihil aliud restat: iō nullaz substantialem vni
uoationē inter se cōpantur. Et qz cū hoc qz non
solū eoz quiditates sunt diuerse: sed et p diuerse:
retinet similitudinē in hoc qz vniūq; eoz fm p
portione hz eē: iō z in rerū nā: nō fm aliqua eius
dē rōnis in extremis: s³ fm p³rias qditates: ut cō
mēsuratas suis p³ris eē: fundāt analogiā. i. ppor
tionalē similitudinē: z in intellectu adunant ad tot
res: quot fundamēta pportionis silitudie vnitatis
significatas (ppter illā similitudinē) entis noie z
analogice cōi noie uocant ens. Differenter g res
adunant sub noie analogo z vniuoce. Cōcept⁹
quoz mētalīs nō eodē mō inuenit in vniuoce z
analogis: qm nomē vniuoce z oia vniuoata (ut
sic) vnu tm cōceptū in mēte hnt perfecte z adēqte
eis cōrūdēt: qz fundamētū vniuoce silitudis qd
significāt formale est nois vniuoce vniū oīno
rōnis est in oib⁹ vniuoce. ac per s in vno rep³e
sentato oia rep³itari necesse est. In analogis vō:
qm fūdāmēta analoge silitudis diuersarū rōnum
sunt simplr: z eiusdē fm qd. i. fm pportione: opz
duplicē analogi mētalē cōceptū distinguere. per
fectū z impfectū: z dicere q analogo z suis ana
logatis rīdet vñ cōceptus mētalīs impfectus.
z tot perfecti quot sunt analogata. Quia enī vnu
analogatoz (ut sic) simile est aleri: cōsequēs est qz
conceptus rep³ans vnu rep³itet alterū: iuxta illā
maximā: qd qd assimilatur simili: ut sic: assimilatur
et illi cui illud tale est sile. Quia vō talis similitu
do fm pportione tm est: que diuersaz rōnē in alte
ro fundamēto hz: cōcept⁹ pfecte rep³itās vnu ana
logatoz a pfecta rep³itatioe alterius deficit: z per
p³is alteri analogati alterū adequatū cōceptū eē

Diversimo
de cōcept⁹
in vniuo
cis z ana
logis.
Unioca
vnu cōce
ptū soluz
hnt.

oportet. Un analogū vniū habere mentale conce-
ptū z plures habere uerū est diuersimode: (q̄uis
simplr loquēdo magis debeat dici analogi eē plu-
res conceptus) nisi loquēdi occasio aliud exigat.
Dico aut hoc: q̄ cū fm dicentes analogia oino ca-
rere vno cōceptu mētalī sermo est vniū eoz conce-
ptū absolute dicere nō est reprehēdēdū: pp qd opz
solerti discretionē lectorē uti. qm̄ inuenit scriptum:
q̄ analogata cōueniūt in vna rōne: z qm̄ inuenit
dictū alibi q̄ analogata nō cōueniūt in vna rōne.
Est ergo differētia inter analogiā z vniuocationē
quo ad cōceptū mētalē: q̄ vniuoci z vniuatoroz
ut sic vnus est cōcept⁹ perfecte z adeq̄te eis respo-
dēs ut de cōceptu aialis pz. Analogi vō z analo-
gatoz ut sic plures necessario sunt cōcept⁹ perfe-
cte ea repitantes: z vñ est cōceptus imperfecte re-
presentas. Nō tñ ita q̄ sit vñ cōceptus adequa-
te rīdēs nōi analogo z inadēq̄te analogatis: qm̄
fm ueritatē nomē illud vniuoci eē: sed ita q̄ con-
cept⁹ vñ representas perfecte alterū analogatū ut
sic imperfecte representet reliquū. Quo ad uocem
autem nō est inter analogia z vniuoca differētia.
His prelibatis intētū facile patere pōt: quōd. si di-
stinguitur analogū: puta ens ab analogatis: puta
substantia quātitate z qualitate. Vniuoci enī: pu-
ta aial distinguit ab vniuocatis: puta hoīe z leo-
ne quo ad rē significatā seu cōceptū obiectiūm z
quo ad cōceptū mētalē: sicut vñ simplr abstra-
ctū a multis simplr. Analogū vō quo ad rē seu cō-
ceptū obiectiūm distinguit sicut vñ pportione a
multis simplr. Vel (z idē est) sicut multa ut simi-
lia fm pportiones a multis absolute. v. g. ens distin-
guīt a suba z quātitate: nō qd significat rē quādam
eis cōmunē: sed qd suba quiditatē tñ sube iporat:
z sūt quātitas quiditatē quiditatis absolute signi-
ficat. Ens aut significat ambas quiditates ut simi-
les fm pportione ad sua eē: z hoc est dicere ut eas
dē pportionabilr. Quo ad cōceptū aut mētalem
adeq̄tū hoc quoq̄ eodē mō distinguit. Scdm̄
vō cōceptū mētalē imperfectū q̄uis distinguit
sicut vñ simplr a multis simplr: nō tñ sicut vnus
abstrahēs in repitādo ab illis multis: quēadmo-
dū in vniuocis contingit: qm̄ (ut ex dictis pz) cōce-
ptus ille: puta qualitatis inquātū ens alteri analogati.
i. ipsius qualitatis fm q̄ se hz ad suū eē est
adequate repitātus z a qualitatis quiditate nō
abstrahēs. ceteroz vō. puta quātitatis z sube im-
perfecte tñ est representātus inquātū eis simi-
lis est pportionabiliter.

Qual ē abstractio analogi ab analogat. Ca. V.

Oportet autē ex pmissis ostēde-
re qualr analogum ab-
strahat ab his quibus cōe fm analogiā
dī: puta qualiter ens abstrahat a suba z
q̄titate. Insurgit sigdē difficultas qdaz
in re hac: z ex pte rerū z ex pte cōcept⁹. Ex parte
siquidē rerū: qd videt analogi noīs res significata
eodē abstrahibilis z ab abstracta modo quo res
vniuoco noīe significata. Quoniā cum ut in. 5. me-
ta^o dī: vñ in q̄titate faciat sile. nulla apparet rō
cur a gbusdā similib⁹ sit vna res abstrahibilis: z a
quibusdā nō: lz euidēs rō sit cur ab his similibus
for. z pla. abstrahibilis sit res magis vna: z ab il-
lis: puta hoīe z lapide minus vna. vñ si substantia
z quantitas assimilanē in hoc: qd utrūq̄ est ens z
cōsequēter in eis est aliquid vniū: qd est fundamē

tū illius similitudinis: quid uetat ab eis abstrah
rē vñ utriq̄ cōez. Ex pte vō cōceptus: qd vñ eo-
dē modo cōceptus analogi abstrahere ab analo-
gatis: sicut vniuoci ab vniuocatis: eo qd analogū
nomē iporat in cōfuso singulas pportiones ana-
logatoz: z distincte nō significat nisi pportionem
in cōi. v. g. Ens nō significat hñs se ad eē sic ul sic:
puta ut suba z quātitas: sed si pportionale nomē
est significare videt hñs se ad eē fm aliquā ppor-
tionē quēctiq̄ illa sit. hoc aut cōstat eē eque abstra-
ctū a suba z qualitate: z per pñs per modū vniuo-
ci in analogis abstractio concept⁹ apparet. Ut
aut euidēs fiat huius ambiguitatis determinatio.
Sciēdū est: qd lz (abstrahere) diuersa significet: cū
dicim⁹ intellectū abstrahere ab hoīe: equo z boue:
eo qd tūc significat ipaz intellect⁹ opationē attingē-
tem in eis vñ z nō alia. nūc vō significat extrinse-
cas denoiationē ab illa intellect⁹ opatiōe: qua res
cognita abstracta denoiatur: in vñ tñ z idē semp
tendit: qm̄ semp sonat intelligi vñ nō intellecto
altero: ideoq̄ nihil aliud est agere de abstractiōe
analogi ab analogatis q̄z ingere z determinare
quō res significata analogo noīe itelligi possit nō
cointellectis analogatis: z quō pcept⁹ habeat absq̄
cōceptib⁹ istoz. Lū igit ex supradict⁹ z ex ipō ana-
logie uocabulo pateat qd analogo noīe nō simplr
vna res: sed res pportione vna significat. tale autē
idē est qd res diuerse ut similes pportionabilr: fa-
cile pōt deduci: qd res analogia pōt quidē itelligi
nō cointellectis analogatis: z pñter abstrahere ab
eis: sed nō sicut in vniuocis res vna: puta nā sensiti-
ua seu aial itelligit nō cointellectis oino nā hu-
mana z bouina: ut sic: sed sicut due res pportiona-
biliter similes itelligunt: nō cointellectis ipsismet
duab⁹ rebus fm suas ppias nās: ita qd analogi
abstractio nō cōsistit in cognitione vniū z nō co-
gnitione alterius: s; ut vniū z eiusdē intellectiōe
ut sic z nō intellectiōe absolute. v. g. Entis abstra-
ctio nō cōsistit in hoc qd entitas apprehēdit: z sub-
stantia aut quātitas nō: sed in lz qd suba aut quanti-
tas apprehēdit: ut sic se hñs ad ppiū eē. In hoc
enī similitudo pportionalis attēditur z nō appre-
hēditur suba aut quantitas absolute. Et simile est
de alijs reb⁹ analogis quales sunt fere oēs meta-
physicales. Unde cōcedi pōt rē analogā abstrahere
z non abstrahere ab analogatis diuersimode.
Abstrahit quidē pro quāto abstrahit ab eis quē-
admodū res: ut sic. i. ut res similis alteri pportio-
nabilr abstrahit a se absolute sumpta. Nō abstra-
hit vō pro quāto res ut sic accepta seipsam neces-
sario includit: z absq̄ seipsa itelligi nō pōt: qd de
vniuocis dici nō pōt: qd res vniuoca absq̄ alijs qui-
bus est vniuoco coīs itelligit: sic qd res in suo itel-
lectu nullo mō actualr includit ea gbus est coīs:
ut pz de aiali. Obiectioni aut in oppositū addu-
cte ex analoge similitudis nā facile satisfit dicēdo: qd
cū vñ mltiplr dicat: nō opz oēs similitudinē attēdi
fm vñ simplr: s; qñq̄ sufficit qd vñ fm pportio-
nē faciat sile. Unū aut pportionabilr nō est simpli-
citer vñ: s; mltā similia fm pportione: a qd iō non
pōt abstrahi res vna simplr: qd similitudo ipa ppor-
tionabilis tñ est: z fundamētū nō est vñ nisi pro-
portionabilr. De rōne sigdē vniū pportionabilr
est hīe q̄tuor terminos (ut. 5. ethi^o dī) qm̄ pportio-
nabilitas cū similitudo pportitiōis sit inter. 4. ad mi-
nus que duarū pportionū extrema sunt necessa-

cap. i. z ca-
pitulo. 3.

in hoc cap

T. c. 10.
Itēz infra.
t. c. 15. z. 16.

De Analogia

rio est: et consequenter vnu pportione non vniuoca-
tur simplr: sed distinctione retinens vnu pro tanto est
et dicitur pro quanto proportionibus dissimilibus
diuisum non est. Unde sicut non est alia ratio que vnu
proportionabiliter non est vnum absolute: nisi quia ista
est eius ratio formalis: ita non est querenda alia causa
cur a similibus proportionabiliter non potest abstrahi res
vna. hoc ideo est. quia similitudo proportionalis talem
in sua ratione diuersitatem includit et ulterius accedit
precedentibus ut querat id quod sub ratione non cadit. ut
quare homo est animal rationale. ¶ De abstractione quoque
conceptus eodem modo est dicendum: abstrahit enim con-
ceptus analogi nominis non sicut vnu simplr: sed sicut
vnu proportionabile seu simile secundum proportionem a mul-
tis abstracte. ¶ Sed quia in obijciendo tangit de abstra-
ctione conceptus analogi a similibus conceptibus illi
analogi et abusive analogata ibidem vocantur partia-
les analogi rationes: ideo diligenter cauendum est ne
appentia in obijciendo tacta in illius errore ducat quod
ibi tangit. Sciendum siquidem est quod in analogis secundum
attributionem in hoc oia analogata conueniant: quod ean-
dem formam oino respiciant: ita quod non solum conueniunt
in vno tertio: sed in hoc quod est respicere illa. Erro-
neum tamen est analogi per attributionem conceptum vnum
respectus in eodem ad illius extremum per abstractionem
a tali et tali respectu attribuere. v. g. animal in-
quantum sanum urina inquantum sana et medicina inquan-
